

Ecclésiæ tuæ, quaesumus, Dómine, preces et hóstias beáti Petri Apóstolo comméndet orátio: ut, quod pro illius glória celebrámus, nobis prosit ad véniam.

Apóstoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica: ut, quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

O Signore, le preghiere e le offerte della tua Chiesa Ti siano raccomandate dall'orazione del beato Pietro Apostolo: affinché il sacrificio che celebriamo a sua gloria giovi ad ottenerci perdono.

Per le preghiere del tuo Apostolo Paolo, santífica, o Signore, i doni del tuo popolo: essi, che a Te sono graditi perché da Te istituiti, diventino ancor piú graditi per il suo supplice patrocínio. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

COMMÚNIO

Ps. 77, 29-30 - Manducavérunt, et saturáti sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis Dóminus: non sunt fraudáti a desidério suo.

Sal. 77, 29-30 - Mangiarono e si saziarono, e il Signore appagò i loro desiderii: non furono delusi nelle loro speranze.

POSTCOMMÚNIO

Quaesumus, omnípotens Deus, ut qui coeléstia aliménta percépimus, per haec contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Ti preghiamo, o Dio onnipotente, affinché, ricevuti i celesti alimenti, siamo muniti da questi contro ogni avversità. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Laetíficet nos, Dómine, munus oblátum: ut, sicut in Apóstolo tuo Petro te mirábilem praedicámus, sic per illum tuæ sumámus indulgéntiae largitátem.

Ci allieti, o Signore, l'oblazione offerta: affinché, come Ti riconosciamo mirabile nel tuo Apostolo Pietro, cosí per mezzo di lui otteniamo l'abbondanza del perdono.

Santificáti, Dómine, salutári mystério: quaesumus, ut nobis eius non desit orátio, cuius nos donásti patrocínio gubernári. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Santificati dal salutare mistero, Ti preghiamo, o Signore, che non ci venga meno la preghiera di colui al cui patrocínio ci affidasti. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox
Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, 10141 Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2006 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA
tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

Domenica di Quinquagesima Cattedra di San Pietro, Apostolo

INTRÓITUS

Ps. 30, 3-4 - Esto mihi in Deum protectórem et in locum refúgii, ut salvum me fácias: quóniam firmaméntum meum, et refúgium meum es tu: et propter nomen tuum dux mihi eris, et enútries me.

Ps. 30, 2 - In te, Dómine, sperávi, non confúndar in aetérnum: in iustítia tua líbera me, et éripe me.

Glória Patri...

Ps. 30, 3-4 - Esto mihi in Deum ...

Sal. 30, 3-4 - Sii mio protettore, o Dio, e mio luogo di rifugio per salvarmi: poiché tu sei la mia forza e il mio riparo: per il tuo nome guidami e assistimi.

Sal. 30, 2 - In Te, o Signore, ho sperato, ch'io non resti confuso in eterno: nella tua giustizia liberami e sàlvami.

Gloria al Padre...

Sal. 30, 3-4 - Sii mio protettore, o Dio...

S. MESSA SENZA GLÓRIA

ORÁTIO

Preces nostras, quaesumus, Dómine, cleménter exáudi: atque a peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

O Signore, Te ne preghiamo, esaudisci clementemente le nostre preghiere: e liberati dai ceppi del peccato, preservaci da ogni avversità. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávis regni coeléstis, ligándi atque solvéndi pontíficium tradidísti: concéde, ut, intercessiónis eius auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur.

O Dio, che al beato Pietro Apostolo tuo, con il conferimento delle chiavi del regno dei cieli, affidasti il potere pontificale di legare e di sciogliere: concedici, per sua intercessione, che siamo sciolti dai lacci dei nostri peccati.

Deus, qui multítudinem géntium beáti Pauli Apóstoli praedicatione docuísti: da nobis, quaesumus, ut, cuius commemoratióem cólimus, eius apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

O Dio, che ammaestrasti la moltitudine delle genti con la predicazione del beato Paolo Apostolo: dacci, Te ne preghiamo, che venerando la di lui memoria, ne sperimentiamo il patrocínio presso di Te. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

M. - Amen.

EPÍSTOLA

Lectio **Epistolae** B. Pauli Ap. ad *Corinthios*, I, 13, 1-13

Fratres: Si línguis hóminum loquar, et angelórum, caritátem áutem non hábeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tínniens. Et si habúero prophetíam, et nóverim mystéria ómnia et omnem sciéntiam: et si habúero omnem fidem ita ut montes tránsferam, caritátem áutem non habúero, nihil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum, ita ut árdeam, caritátem áutem non habúero, nihil mihi prodest. Cáritas pátiens est, benígna est. Cáritas non aemulátur, non agit péperam, non inflátur, non est ambitiósa, non quaerit quae sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gáudet super iniquitáte, congáudet áutem veritáti: ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat, ómnia sústinet. Cáritas núnquam éxcidit: sive prophetíae evacuabúntur, sive línguae cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, ex parte prophetámus. Cum áutem vénerit quod perféctum est, evacuábitur quod ex parte est. Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus. Quando áutem factus sum vir, evacuávi quae erant parvúli. Vidémus nunc per spéculum in aenígmate: tunc áutem fácie ad fáciem. Nunc cognóscó ex parte: tunc áutem cognóscam sicut et cógnitus sum. Nunc áutem manent, fides, spes, cáritas, tria haec: máior áutem horum est cáritas.

M. - Deo grátias.

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. ai *Corinti*, I, 13, 1-13

Fratelli: Quand'io parlassi le lingue degli uomini e degli àngeli, se non ho la carità sono come un bronzo risonante o un cémbalo squillante. E quando avessi la profezia e intendessi tutti i misteri e ogni scienza, e se avessi tutta la fede cosí da spostare le montagne: se non ho la carità sono un niente. E quando distribuissi in nutrimento per i poveri tutti i miei possessi e sacrificassi il mio corpo per essere bruciato: se non ho la carità nulla mi giova. La carità è paziente, è benigna. La carità non è astiosa, non è insolente, non è tronfia, non è ambiziosa, non cerca il proprio interesse, non si muove ad ira, non pensa male, non gode dell'ingiustizia, ma si rallegra della verità: tutto soffre, tutto crede, tutto spera, tutto sopporta. La carità non viene mai meno: mentre invece le profezie passeranno, le lingue cesseranno e la scienza sarà abolita. Adesso conosciamo imperfettamente e profetiamo imperfettamente. Quando verrà ciò che è perfetto, verrà rimosso ciò che è imperfetto. Quand'ero bambino, parlavo da bambino, avevo gusti da bambino, pensavo da bambino. Divenuto uomo, ho smesso le cose che erano dei bambini. Adesso vediamo come in uno specchio, per enigma: allora poi faccia a faccia. Ora conosco in parte: allora conoscerò come sono conosciuto. Per ora restano queste tre cose: la fede, la speranza e la carità, ma la piú grande è la carità.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Ps. 76, 15 et 16 - Tu es Deus, qui facis mirabilia solus: notam fecisti in géntibus virtútem tuam.

Liberásti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Israël et Ióseph

Sal. 76, 15 e 16 - Tu sei Dio, il solo che operi meraviglie: hai fatto conoscere tra le genti la tua potenza.

Liberasti con la tua forza il tuo popolo, i figli di Israele e di Giuseppe.

TRÁCTUS

Ps. 99, 1-2 - Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in laetítia.

Intráte in conspéctu eius, in exsultatióne: scitóte, quod Dóminus ipse est Deus.

Sal. 99, 1-2 - Acclama a Dio, o terra tutta: servite il Signore in letizia.

Entrate alla sua presenza con esultanza: sapiate che il Signore è Dio.

Ipse fecit nos, et non ipsi nos: nos áutem pópulus eius, et oves páscae eius.

Egli stesso ci ha fatti, e non noi stessi: noi siamo il suo popolo e il suo gregge.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Lucam*, 18, 31-43

In illo témpore: Assúmpsit Iesus duódecim, et ait illis: Ecce ascéndimus Ierosólymam, et comsummabúntur ómnia, quae scripta sunt per prophéas de Filio hóminis. Tradétur enim géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et conspuétur: et póstquam flagelláverint, occídent eum, et tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligébant quae dicebántur. Factum est áutem, cum appropinquáret Iéricho, caecus quídam sedébat secus viam, mendicans. Et cum audíret turbam praetereúntem, interrogábat quid hoc esset. Dixérunt áutem ei, quod Iesus Nazaréus transíret. Et clamávit, dicens: Iesu, fili David, miserére mei. Et qui praeíbant, increpábant eum ut tacéret. Ipse vero multo magis clamábat: Fili David, miserére mei. Stans áutem Iesus iússit illum addúci ad se. Et, cum appropinquásset, interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciam? At ille dixit: Dómine, ut vídeam. Et Iesus dixit illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit et sequebátur illum: magníficans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit láudem Deo.

M. - Laus tibi Christe.

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Luca*, 18, 31-43

In quel tempo: Gesù prese a parte i dodici e disse loro: Ecco, andiamo a Gerusalemme, e si adempirà tutto quello che è stato scritto dai profeti sul Figlio dell'uomo. Poiché sarà dato nelle mani della gente e sarà scernito, flagellato e sputato: e dopo che l'avranno flagellato, lo uccideranno e il terzo giorno risorgerà. Ed essi non compresero nulla di tutto questo, un tal parlare era oscuro per essi e non comprendevano quel che diceva. E avvenne che, avvicinandosi a Gerico, un cieco se ne stava sulla strada mendicando. E udendo la folla che passava, domandava cosa accadesse. Gli dissero che passava Gesù Nazareno. E quegli gridò e disse: Gesù, figlio di Davide, abbi pietà di me. E quelli che andavano avanti lo sgridavano perché tacesse. Ma egli gridava sempre piú: Gesù, figlio di Davide, abbi pietà di me. E Gesù, fermatosi, ordinò che glielo conducessero. Quando gli fu vicino, lo interrogò dicendo: Cosa vuoi che ti faccia? E quegli disse: Signore, che io vegga. E Gesù gli disse: Vedi, la tua fede ti ha salvato. E subito vide, e lo seguiva: magnificando Dio. E tutto il popolo, vedendo ciò, rese lode a Dio.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 118, 12-13 - Benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas: in lábiis meis pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

Sal. 118, 12-13 - Benedetto sei Tu, o Signore, insegnami i tuoi comandamenti: le mie labbra pronunciarono tutti i decreti della tua bocca.

SECRÉTA

Haec hóstia, Dómine, quaésumus, emúndet nostra delícta: et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

O Signore, Te ne preghiamo, quest'ostia ci purifichi dai nostri peccati: e, santificando i corpi e le anime dei tuoi servi, li disponga alla celebrazione del sacrificio. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.